



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Eccles. Præceptis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

DE ECCLESIAE
Præceptis.

Ecclesiæ præcepta sunt quinque, videlicet. 1. Audire Sacrum diebus Dominicis, & Festis. 2. Ieiunare in Quadragesima, & alijs diebus præceptis: & abstinere à carnibus etiam diebus Veneris, & Sabbati. 3. Confiteri semel in anno. 4. sumere Eucharistiam in Paschate. 5. Soluere decimas.

DE I. PRÆCEPTO
Ecclesiæ.

Audiendi Sacrum.

Circa primum præceptum tenetur homo Fidelis, baptizatus, non impeditus, post completum vsum rationis, in diebus festis assistere Sacro taliter, vt censeatur moraliter esse præsens illi Sacrificio, etiamsi interdum non audiat vocem Sacerdotis, nec illum videat: dummodò iudicio Prudentis censeatur moraliter præsens, animo audiendi,

H

seu